

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Resolutorium dubiorum circa celebrationem missarum occurrentium**

**Heynlin, Johannes**

**[Köln], 1493**

[Einleitung]

[urn:nbn:de:bsz:31-306300](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-306300)

# Capitulum

Incipit tractatus dubiorum ac difficultatum circa officium missae et ea que ad debitam eiusdem celebrationem exiguntur frequentius occurrentium. iuxta sacrorum canonum constitutiones. prelatorumque doctorum firmiores atque tutiores sententias resolutorius

Capitulum primum. De intentione collectoris, et materia tractanda. tractandorumque numero. distinctione atque ordine duos continens articulos.

Arti. 1. Premittens prefationem. intentum. tractandaque exponentem

## Prefatio



Officium quanto maius et dignius est. tanto cum maiori cura sollicitudine atque diligentia exercendum est. Gravius enim quis delinquit si exequendo circa hoc negligentiam. defectum vel errorem aliquem admisit. Inter omnia autem officia humane facultati premissa non est aliq(uod) maius dignius aut difficilius. quam debita missarum celebratio. In qua sacramentum corporis et sanguinis ihesu christi redeptoris nostri consecratur. immolatur et sumitur. Sacro canone attestare. Non modica inquit res est unam missam facere. Et valde felix est. qui unam digne celebrare potest. Restat igitur ut nesciamus cum graviore periculo peccetur. quam si in executione huius dignissimi officii negligentiam vel error committatur.

Quapropter ut sacerdotes simplices qui notitiam canonum non habent. nec semper facilem recursum ad superiores suos aut ad viros doctos habere possunt. melius cavere valeant ne circa maximum istud misterium deficiant vel errent. Et ubi aliquis horum contigerit. debitis remediis emendare sciant. valde utile atque necessarium fore iudicavimus. ut circa hoc oportuna eis tradatur instructio. Quod ut lucidius fiat circa singula que ad debitam missae celebrationem exiguntur. dubia frequentius occurrentia movebunt. Et quorum resolutionibus propterea ipsis defectibus et erroribus remedia atque caute poterunt adhiberi.

Arti. 2. Numerum distinctionem et ordinem tractandorum per dubij solutionem prenotas. Ad prenotatam tractandorum premititur hoc dubium

Dubium. 1.

Quot et que ad debitam ac ordinatam dignissimi sacramenti eucharistie et missae celebrationem requirantur

- |      |  |
|------|--|
| I    | Minister sive sacerdos ad celebrandum ydoneus  |
| ii   | Locus celebrandi convenientis  |
| iii  | Tempus celebrandi congruum   |
| iiii | Materialia ad ornatum vel congruentiam celebrationis opportuna. ut vestes. et cetera huiusmodi |
| v    | Ceremonie iudicatas et agendas presertim   |
| vi   | Materialia ad prescribendum apostolicis preceptis et ymaginibus                                |

Quibus solutio est. Quod sunt nove generalia. ad que omnia necessaria reduci possunt

Sol.